in se habitant. qui continet et qui continetur.
Habitas in deo. sed ut contineatis. Habitat
in te deus. sed ut contineat ne cadas. Quia sic
de ipsa caritate apostolus dicit. Caritas numquam
cadit. Quomodo cadit quem continet deus.
Et in hoc perfecta est caritas nobiscum ut
fiduciam habeamus in die iudicii. Dicit
quomodo se probat unusquisque quantum in
illo profecerit. Quisquis fiduciam habet in die
iudicii. perfecta est in illo caritas. Quid est ha
bere fiduciam in die iudicii. non timere
ne ueniat dies iudicii. Cum enim primo quis
ad poenitendum se de male actis conuerte
rit. incipit timere diem iudicii. ne uide
licet apparente iusto iudice. ipse dam
netur iniustus. Processu uero bonae conuer